mis dulcis tu. sompnus enim eius est
regibus qui possident aurum in conscientia
secura et replent domos argento
in bonorum operum opinione odorifera.
In .vi. tribulationibus liberatur. in
septima non tanget eum malum. hoc est.
initia ~~sece~~ securitatis degustat.
securitate
ut antiquum hostem non horreat tempore
mortis. et bestias terre non formidabit.
demones scilicet qui tempore mortis ad ra-
piendas animas effrenantur. sed securen-
tes non timet qui hec blandientes se-
curus non est. et initium retributionis est
in obitu securitas tutus. hec ebrietas
et hec sacietas omnibus sit proposita. comedi-
te ergo et inebriamini karissimi. comedamus
non panem quomodo sit in fel aspidum. in-
ebriamur uino quod non sit mutatum in fel
draconum. Fertilis fuit moab ab
adolescentia sua. requieuit in fecibus
suis. nec est transfusus de uase in uas. de
uase quod uidit iheremias dissipatum
super rotam figuli in uas quod conuersus fi-
gulus fecit sicut sibi placuerat. reici-
entes scilicet feces in quibus quondam requieuimus.
abiciamus opera tenebrarum. et induamur arma
lucis. abeamus in transmigratione in
ciuitatem iuda cum beata uirgine ad mon-
tana. id est ubi dei conceptimus cacu-
mina uirtutum gressu amoris conscen-

In transmigratione non abiit. ideo permansit
gustus eius in eo. et gustus eius non est immutatus. trans-
fundamur.

damus. confessionis et laudis arte pe-
netrates. et sic immutetur gustus noster in
nobis ut palato fidei dulce sapiat
mel diuine promissionis. et in eo quod
delectant de nobis tamquam de male-
factoribus considerantes opera bona glorificent
deum. Spirat ergo fertilitas moab. Moab
sapientia secularis. ex incestu conceptus est
moab. Incestus autem committitur. uel cum deo conse-
crata corrumpitur. uel cum sororis puden-
da reuelantur. deo dicatam corrumpit
frater contemplatiuus cum doctrine fert in anga-
ria ut sit latro cum crucifixo ad sinistrum.
conuersus scilicet opus dei facit negligenter. fraudulenter.
uel pro rei corporalis pretio. uel laude uerbo.
uel humani iudicii gratia reuelat autem
sororis. uel potius matris pudenda. qui
litteras sacras questuarias facit. uel quamquam opus
dei debet. id est et docenti et discenti par
esse finis. uita bona et exitus beatus. Docto-
rem uel prelatum auditores uel subditos
de honorario sollicitatem institorem
censeret iheronimus. Hec similam oleatam
conuertit in fermentum et riuos olei quos
petre fundit in sapientie secularis abusum.
relinquite ergo ciuitates et habitate
in petra habitatores moab. et estote
sicut columba nidificans in petra in
summo ore foraminis que fuit moab.
relinquitur ciuitates id est habitacula errorum